

P R A E F A T I O

index satis magnus, in quo ostenditur, ab *H. Stephanu* ^o *m*ultas pro lectionibus variis allatas et venditas esse glossas, ²⁵ et notae sunt longe pleniores. Accessere etiam *Aem. Porti* notae et Index copiosus graecorum verborum. Sed ille ^{ell} textum fere concinnauit ex libris editis *Ald.*, *Castalianis* ^{wi} et *Stephani* *prima*, in auxilium vocato *Stobaeo* et in- ⁻ⁿ genio, variis lectionibus, etiam coniecturis, tum suis, tum *Stephani* *nis*, in margine interiori positis.

Sed ante Leonclauium ediderat Xenophontis opera *H. Stephanus* Parisiis 1561, cuius editionis exemplum in ma- ^{nibus} fuit, cum primum hos libros edebamus, e bibliotheca nostra Paulina. In ea editione curanda usus erat primum lectionibus librorum scriptorum, quas *Henricus Scrimgerus* collegerat in itinere per Italiam facto, deinde libris editis, Aldino et Iuntino: e quibus delegit et textui intulit, quae recta ipsi videbantur, ceteris pro variis lectio- ^{nibus} in marginem reiectis. In altera autem, quae a. 1581 prodiit, ei textum retractauit, nullis nouis praesidiis in- ^{str}uctus, praeter Leonclauianam editionem, et adnotatio- ⁿnes tum auxit, etiam locis pluribus veterum scriptorum commemorandis, qui e Xenophontis libris aliquid attule- ^{runt}, tum multis locis accuratius scripsit, usus virorum doctorum admonitionibus. Nec tamen satisfecit Leoncla- ^{vio}, ut ante diximus; qui in notis editionis ultimae saepe, interdum vehementius, contra eum disputat. Sed habebat Leonclauius aliquid aegritudinis aduersus Stephanum ex eo, quod recensionem illius secundam, * ad se, ut ederet, mis- ^{fam}, suppresserat, ut ex notis Leonclauianis patet et praefatione Sylburgii. Nobis quidem textus *H. Stephan*i se- ^{cundus} melior ceterorum recensionibus videtur.

Post hos, Leonclauium et Stephanum, nemo noui textus Xenophontii auctor extitit idoneus. Nam Welsiani quidem textus noua forma est, sed ea parum idonea. Nam nullam certam legem fecutus auctor *Welsius*, plura de- ^{Leon-}

* Noli haec accipere de recensione textus graeci, sed de versione Latina quorundam libellorum Xenophontis. Z.